

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Articuli, de quibus egerunt visitatores in regione  
Saxoniae**

**Melanchthon, Philipp**

**[Wittenberg], 1527**

De iudicio

[urn:nbn:de:bsz:31-93298](#)

Spiritus sanctus arguet mundū de peccato, iustitia, & iudicio. De peccato, qd' non credat deo, quod non possunt à ratione iudicari. Ratio enim tantum extera peccata iudicat, ut furtū, cædē, ebrietatem, adulteriū, & huiusmodi. Sed spiritus sanctus etiam occulta & proprie tentia in corde arguit, ut contemptum Dei, uacare metu iudicij Dei, Deo diffidere, desperare de Dei benignitate & misericordia.

#### D E I V S T I C I A.

Mundus enim iudicat, iusticiam esse tantum externa opera, seu ciuilem observationem legis. Sed spiritus sanctus docet nos, nostra opera nō satisfacere deo, sed Christum satisfactionem & propitiationem esse. Itaq; fide iustificari.

#### D E I V D I C I O.

Quia mundus non iudicat Satanam nobis nocere, sed spiritus sanctus docet nos, potestatem Satanæ debilitatam esse a Christo, sed impīs eum dominari, & impellere ad omne genus flagitiū.

Et

Est autem duplex timor dei. Quidam est sine fide credente, quod Deus misereatur nostri, & recipiat nos in gratiam, sicut Satanus timet deum. Et quanquam credat Euangeli historiam, tamen non credit sibi ignosci. Adeo huc pertinet, quod Iacob ait: Dæmones credunt & contremiscunt. Hic timor vocatur seruialis. Alius timor, confidere, ubi cor terretur, & tum fides erigitur, & credit sibi ignosci, & placatum esse deum. Taliter sentiunt & exercent sese timor & fides, nec otiosæ sunt cogitationes animi, sed necesse est reuera perhorrescere animos timore, & postea iterum reuera per fidem consolationem & gaudium accipere. Hic timor vocatur filialis, de quo dictum est: Deum time, & mandata eius serua, &c. hoc est, omni homini timenti deum, non deerit omne bonum.

#### DE SACRAMENTIS.

Baptismus, est signum poenitentiae. Si cat enim immersimur aqua, sic oportet mortificare ueterem hominem, id est, contemnos. Ideo habemus in Euangelio praedictum

B 5 dica